

1276, juny, 22

Fresca, piatera de Sant Daniel, reconeix a Martí Ermengol, ciutadà de Girona, que Elicsendis de Vilademany havia donat als germans Pere, Martí i Joan Ermengol el mas d'Arnau de Jugador, del pla de Girona i altres camps pròxims; béns sobre els quals la piateria té el domini directe i rep l'O sous de cens.

ASD núm. 235, perg. orig., 410 x 290 mm, carta partida.

Sit notum cunctis quod ego Frescha, piateria monasterii Sancti Danielis, consilio et uoluntate domine Berengarie, Dei gratia abbatisse dicti monasterii et conuentus eiusdem monasterii, recognosco et in ueritate confiteor tibi Martina Ermengaudi cui Gerunde quod domina Eligsendis de Uillademagno dedit Petra Ermengaudi et Martina et Iohanni fratribus illum mansum quem tenebat Arnaldus des Iugador in plano Gerunde et totum quantum tenebat per ipsam dominam Eligsendem Raimundus Guinaldi quod pertinebat ad prefatum mansum, sicut melius predicta tenebat per dictam Eligsendem et per genus suum de Uillademagno Raimundus Amatus et genus suum, cum exitibus et ingressibus, pertinenciis et tenedonibus et domibus et ortis et hominibus et feminis ac uineis et terris cultis et heremis et cum omnibus arboribus cuiuscumque generis ibi sint et cum omnibus aliis in predictis habentibusisque qualicumque modo pertinentibus, pro quibus etiam omnibus predictis dabant et dare debebant annuatim pro censu predictae Eligsendi et suis decem solidos monete de quaterna in festa sancti Michaelis et nichil aliud pro censu et agradis, et hec predicta faciebat saluo iure suo in omnibus. · I tem recognosco et confiteor tibi quod Guilielma, filia condam Petri Errnengaudi et eius maritus Arn allus Fanir donauerunt, laudauerunt et concesserunt Bernarda Arberti et suis in perpetuum totum illum honorem quem tenebant in plano Gerunde in parochia Sancti Felicis, scilicet campum de Figeriis et fexiam que est iuxta honorem de Uillabertrando et campum qui est iuxta honorem hospitalis et iuxta campum suum, · scilicet ipsius Guilielmi, et alium campum qui affrontat ab oriente in camino Barchinone qui est similiter super dictum campum, cum exitibus et ingressibus et pertinenciis et tenedonibus et cum omnibus aliis in eis habentibusisque qualicumque modo pertinentibus, saluis predictis .x. solidis monete de quaterno qui debentur dari annuatim officio piaterie monasterii Sancti Danielis in festo Sancti Michaelis pro predictis omnibus scilicet ratione illorum .x. solidorum monete de quaterna quos predicti Petrus Ermengaudi et Martinus et Iohannes fratres tenebantur dare dicte Eligsendi pro censu et agrariis omnium predictorum, quos quidem predictos .x. solidos monete de quaterna et directum dominium omnium predictorum Eligsendis predicta dimisit officio piaterie monasterii antedicti, et est certum quod de tenedonibus dicti mansi et aliorum honorum predictorum et donationis et censualis predicti facti per dictam Eligsendem predictis Pètro Ermengaudi et fratribus suis tenet predictus Bernardus Arberti dictas .Im.or terras siue campos et Uitalis Santo condam defunctus filius Bonastrugi Santo tenebat alias tres terras, scilicet unum quadrum et duas fexias, quod quadrum affrontat ab oriente in dictis duabus fexiis et in fexia Cedacerii que est de dicto censuali, a meridie in honore qui fuit dicti Uitalis Santo, ab occidente in honore dicti Uitalis et hospitalis · noui Gerunde, a circio in honore predicto quem dictus

Bernardus Arberti tenet de dicta tenedone, et una dictarum fexiarum afrontat ab oriente in camino Barchinone, a meridie in fexia dicti Uitalis iudei, ab accidente in dicto quadro, a circio in fexia dicti Cedacerii; alia uero fexia affrontat ab oriente in camino Barchinone, a meridie in fexia dicti Cedacerii, ab accidente in dicto quadro, a circio in dicta tenedone quam dictus Bernardus Arberti tenet; et est etiam de dicto censuali illa fexia quam Cedacerius tenet, que affrontat ab oriente in camino Barchinone, a meridie in una dictarum fexiarum, ah accidente in dicto quadro, a circio in alia dictarum fexiarum, quorum omnium directum dominium spectat ad officium piaterie monasterii antedicti racione donationis siue stabilimenti quod dicta Eligsendis fecit de predictis dicto Petro Ermengaudi et fratribus suis., et racione legati quod ipsa Eligsen fecit postea de predictis officio antedicto, scilicet de predictis .x. solidis · monete de quaterna et dominio et utile dominium predictorum spectat ad te et tuos racione stabilimenti facti a predicta Eligsende de Uillademagno predictis Petro Ermengaudi et Martin o· et Iohanni fra tribus uel quibus quantum ad utile dominium tu successisti eisdem. Et est certum quod de dicto censu est pro te et antecessores tuos mihi. et. antecessoribus meis tenentibus dictam piateriam usque in hunc presentem diem de predicto censu satisfactum, et quod deinde in quolibet festo sancti Michaelis annuatim predictus Bernardus Arberti et sui tenentur prestare dicte piaterie denarios memoratos racione predicta loco et uice tui, et quod deinde tu uel tui non teneamini dictum censum mihi uel successoribus meis in dicta piateria prestare, dum tamen possimus habere dictos denarios a dicto Bernarda Arberti et successoribus suis, in quorum defectu tu et tui successores teneamini dictos denarios mihi et successoribus meis dare, et hec predicta omnia facio saluo iure dicte piaterie in omnibus. Et ego Martinus Ermengaudi antedictus laudo et concedo hec omnia supradicta.

Actum est hoc .x. kalendas iulii anno Domini .MCCLXX. sexto.

Sig+num Fresche, piaterie antedicte, que hec omnia supradicta firmo, lauda et concedo. Sig+num domine Berengarie, Dei gratia abbatisse dicti monasterii, qui predicta omnia firmo, laudo et concedo. Sig+num Cecilie de Fuxano, priorisse dicti monasterii, sig+num Beatricis de Palaria, sacristane eiusdem monasterii, sig+num Agnetis de Solerio, cabiscole eiusdem monasterii, sig+num Guilielme de Belestario, sig+num Berengarie de Trilia, sig+num Agnetis de Scala, sig+num Blanche de Miniana, sig+num Raimunde de Ceruiano, sig+num Sibilie de Sancto Cepriano, sig+num Brunissendis de Coursuel, sig+num Agnetis de Gerundella, sig+num Geralde de Puygpardines, sig+num Berengarie de Trilia, monacharum dicti monasterii, que predicta omnia firmamus, laudamus et concedimus. (s. man.) Martinus Ermengaudi, qui hoc firmo*. Testes huius rei sunt Berengarius de Uillafredario, auenturerius comorans in Gerunda et Bernardus de Tosquers.

Sig(s. man.)num Raimundi Strutii, qui hoc scripsit mandato Raimundi de Caciano, publici Gerunde notarii pro domino infante Petro. Ego Raimundus de Caciano, notarius publicus Gerunde pro domino rege, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 485-487